



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Septem Illvstrivm Virorvm Poemata**

**Cesarini, Virginio**

**Antverpiae, 1662**

Somnivm, ... Villa Farnesia in Ianicvlo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7990**

P O E M A T A  
S O M N I V M ,

Ruri sub conopeo arundinibus suspenso.

**E**sse quid hoc dicam, tanta inter gaudia detur  
 Ducere cum solidos hic sine nube dies,  
 Quod, simul incipio molli requiescere lecto,  
 Terrificant animum somnia nigra meum?  
 Nam subito tristi percellor imagine, & ingens  
 Incessit miseris terror ab historijs.  
 Vel mihi præterita cum nocte miserrimus ultrò  
**C**ANNARVM occurrit casus, ut obrigui!  
 Ergo perpetuo vigilantem viuere tanti est,  
 Et fugere horrendi dira pericla tori.

V I L L A F A R N E S I A  
I N I A N I C V L O .

**V**illa solo & caelo felix, & clara vetusto  
 N omine, nil fumum, nil moror Vrbis opes.  
 His Pater optauit regnum sibi Ianus in oris,  
 Et posuit nostro mænia prima iugo:  
 Quæq[ue] olim eduxit regalia tecta sub auras,  
 Credibile est spatio clausa fuisse meo.  
 Nunc titulo melioris heri, cultuq[ue] recenti  
 Nobilis, egregio munere lata fruor.

AD